

Mythologia, Venise, 1567 - III, 15 : De Hecate

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[27\] : De Hecate](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre III

[Mythologia, Francfort, 1581 - III, 15 : De Hecate](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre III

[Mythologie, Paris, 1627 - III, 16 : D'Hecate](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre III

[Mythologie, Lyon, 1612 - III, 15 : D'Hecate](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - III, 15 : De Hecate, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/828>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination75r°-77r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Hécate](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

certioraq; sunt visa, quàm audita, & ab aliis relata. ac de somno hætenus, nunc dicamus de Hecate.

De Hecate.

Cap. XV.

AT Hecate quibus è parentibus orta sit, non facile dixerim: siquidem alii ex aliis nam esse tradiderunt. Bacchylides Noctis filiam esse dixit, cum inquit;

Ἡ κατὰ τοιοῦτον Νυκτὸς μεγαλειότης ἦν.

Hecate faciferæ Noctis amplæ filia.

10

Musæus Iouis & Asteriæ, Pherecydes Aristæi Pgonis filii: Orpheus in Argonauticis Tartari filiam putavit, quam ita cum Eumenidibus ad sacrificia accedere scripsit;

καὶ δ' ἀνδ' ἄρ' ἔρχοιτο Ἰάνη

τρεῖς κεφαλὰς ἔχουσαν ἑνὶ στήθεϊ, ἑνὶ δακτύλῳ,

παρὰ τέρψινος ἰάνη.

Cumq; illis Hecate properans horrenda cucurrit

Cui trinum caput est, genuit quam Tartarus olim.

Hesiodus antiquissimi eius Persæ, qui fuit & Cxi filius, & Asteriæ filiam Hecaten scripsit;

30

Ἦναιον δ' ἄνδ' ἔρχοιτο ἰάνη, ἥντι μύρον,

ἔχουσαν ἑνὶ στήθεϊ φάσμα καλὸν ἑνὶ δακτύλῳ.

ἥ δ' ἑστειναι ἔχουσαν ἰάνη ἑνὶ στήθεϊ.

Edidit Asteriam pulchram, quam Persea dicunt

Vxorem duxisse domum; quæ mox parit illi

Natam Hecaten.

Quod etiam testatur Ouid. in lib. 7. maioris sui operis in his;

Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras,

Quas nemus umbrorum, secretaq; sylva regebat.

Ex Apollodorus lib. 1. Hanc eandem esse Proserpinam, & Hecaten, & Lunam credidit, quare Lucifera dicta est ab Euripide in Helena;

30

ἡ φαιφὴρ ἑστειν, ἥντι μύρον φάσμα ἑνὶ δακτύλῳ.

Lucifera Hecate benigna da Phasmata.

Hanc terribilem aspectu, proceritateque corporis vel ad mensuram dimidii stadii accedere dixerunt: pedesque habuisse ad serpentis formam, cum vultus & aspectus figura proxime ad Gorgonum naturam accederet. Pro coma densissimi dracones & viperæ, aliæ in cincinnorum morem contortæ, atq; sibilantes viscebantur: aliæ collum ipsum amplexabantur, aliæ spargebantur in humeros demissæ, vti testatur Lucianus in Philoseud. Dicta est etiam Brimo à fremitu, quoniam in Apollinem inter venandum, cum illam vitare conaretur, infremuisset: vel aduersus Mercurium potius, vt sensit Isaacius. vocatam autem fuisse Brimo ita testatur Apollonius in libro tertio Argonauticorum;

40

καὶ δ' ἄνδ' ἔρχοιτο

καὶ δ' ἄνδ' ἔρχοιτο ἰάνη, ἥντι μύρον καλὸν ἑνὶ δακτύλῳ.

Ἡ δ' ἑστειναι ἔχουσαν ἰάνη ἑνὶ στήθεϊ.

tum vasa cremavit

Ignibus impositis mistim libamina fundens.

Auxilio

Mythologiæ.

Auxilio Brimoq; vocans Hecaten sibi Diuam :
 Credebatur esse inferorum Regina, vt idem poeta testatur in eodem libro ;

Ἡ-κα-τή δὲ Βριμὸν καλεῖται τῆς ἑκαχίδεσσα.

Βριμὸν πεντηκίδεσσι χθόνιον ἐκείνην ἠκούσας.

Protinus hæc Brimo stans terq; quaterque vocauit.

Brimo nocturnam, Reginam quæ imperat vmbriis.

Hanc canes complures sequebantur, vt apparet in his ;

ἄμφι δὲ τοῦτο

ἔχον ὅλας τὰς χθόνιους κύνες ἐφύσσοντες.

10

Hanc circum latrare canes latratibus altis.

Idcirco cum de venefica quadā muliere loqueretur Tibullus in primo Elegiarum, canes Hecates domuisse pro scientia veneficiorum & artis magicæ dixit, quia rabidi canes illam semper sequerentur ;

Sola tenere malas Medæ dicitur artes,

Sola feros Hecates perdomuisse canes.

Dicta est etiam canicida Dea, quoniam illi canes immolarentur, vt scripsit in Mimis Sophon, & Lycophon ;

ἐκείνη δὲ αὐτῆς τοῦ ἀνθρώπου θύει. Δία.

Zerinthon antrum mox canicidæ stat Dex.

20

Quidam putarunt canes illi immolari, quia inuisum sit id animal, cuius latratu phantasmata, quæ ab Hecate mittuntur, dissoluantur : nam cum aer vel xris tinnitu, vel alicuius rei strepitu concutiat, illa offenduntur grauiusimè, quare non possunt diutius consistere. Huic Dex sacrificabatur in triuiis, vnde etiam Triuia dicta est : quòd ideo accidit quia eadem Luna & Diana & Hecate sit, de qua sic Virgilius ;

Tergeminamq; Hecaten, tria Virginis ora Dianæ.

Alii dictam fuisse triuiam a: bitrati sunt, quia eadem sit Iuno : Diana, Proserpina. Alii triformem illam putarunt, quia nunc in cornua, & propè vacua surgit ; nunc diuidua est, nunc orbe pleno. Alii quia dextrum caput equinum habeat, sinistrum caninum, medium hominis, vel vt alii maluerunt, suis

30

agrestis. Non defuerunt, qui triuiam vocatam Hecaten putarunt, quia in triuiis sit exposita, & a pastoribus inuenta ac educata. alii quia in cælo, in terra, & apud inferos polleat, alii quia centum grana pro singulis tritici ferat, alii quia centum hostiis placeret Hecaten nominarunt. Alii quia centum annos insepultos errare faciat. Huic Dex sacrificabatur in Triuiis apud Athenienses singulis mensibus in nouilunio, quo tempore illi, qui erant opulenti, cœnam in triuio exponebant, ac pauperes eò per noctem conuenientes vorabant, hecatenq; edisse dicebant : quam consuetudinem ita significauit Aristophanes in Pluto ;

40

παρὰ τοῦ ἐκείνης ἔστιν τοῦτο πάλιν δα

ἔστι τὰ πλουτοῦ, ὅτι τὸ σπέντε δίδεται. φησὶ γὰρ αὐτὴ,

τις μὲν ἔχεται καὶ πλουτοῦντας δίδωμι κατὰ μῆνα περιέρπει.

τις δὲ σπέντες τὰς αἰδουμένας ἀρσάζει πρὶν καταδοῦναι.

Ex Hecate licet id cognoscere ;

An ditescere quàm famescere melius. iuber enim ipsa

Habentes & diuites cœnam singulis mensibus exponere.

At pauperes homines rapere vel antequàm exponatur.

Vocabatur autem fordida propter id cœnæ genus & parca, quia vmbra por-

to,

ro, malua, mœnidibus, & triglis vefci creditum sunt, atque in triulis præcipue colebatur, quod ibi, ut diximus, exposita fuit, ut quidam putarunt, ab Aeolo & Pheræa parentibus, à bubulcis Pheretis fuerit educata. Hanc vestibula domorum tueri arbitrabantur, quare ante fores aras erigebant, ut in his testatur Aeschylus;

Δίπρσι ἱκέτε τὰς βασιλῆας πρέδρας
μὲν δ' ἔργον.

Regalium atriorum præuia Hecate.

Huius vires & officia ita commemorauit Hesiodus in Theogonia;

10

Ζεὺς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
μύρας ἔχοντα καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ θαλάσσης.
ἔδωκε καὶ ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
ἵμας καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν

nam super omnes

Iupiter ingentes illi largitur, honores,
Muneraq; : imperium terræq; marisq; profundū
Cunctorumq; simul quæ cælum amplectitur altum
Admittitq; preces facilis Dea, prompta, benigna,
Diuitias præbet, quod ei concessa potestas.
Imperat hæc cunctis, qui sunt e semine nati
Et terræ & Cœli, cunctorum fata gubernat.

20

Præerat & beneficiis, quam magicas artes exercentes inuocare consueuerunt cum Luna, ut Theocritus scripsit in Pharmaceutria;

τὸν δὲ χεῖρ' ἱκέτε, τὰς καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου
ἔρχονται καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν

30

Hæc de causa maximè omnium Deorum illa se colere inquit Medea venefica in his apud Euripid.

οὐ γὰρ μάλιστα διασπιννα, ἢ ἡνὶ τίβω
μάλιστα σπιννα, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
ἔκαστος.

Non per Hecaten, ego colo quam maximè
Vnam omnium, quam ferre opem legi mihi.

Vocabatur autem septies, mox illi sacrificia fiebant, certis ac propriis ritibus, qui omnes propè sunt ab Apollonio expressi ita in libro tertio Argonauticorum;

40

Δὲ τότε μάλιστα τὰς ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
ἀκαμάτις ἵππας ἀκαμάτις ἀκαμάτις
ἔτι αἰνὸς ἄλλος ἰνὸς φάρμακον
βίβας ὁρῶσθαι πικρὰ, τὰς ἰνὸς βίβας
ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν
ἀπὸ τοῦ ἵερου ἀπὸ τοῦ δὲ οὐρανόθεν

μὲν

Mythologia.

μὴν, καὶ τὴν αἰὲν ἡμέραν ἀλλομένην,
ἀσπασίαν δὲ καὶ ἡμέραν ἡμέραν ἀλλομένην.
Ἐστὶν ἡ νύκτις ἡμέραν ἀλλομένην.

ἡ δὲ νύκτις ἡμέραν ἀλλομένην, καὶ τὴν αἰὲν ἡμέραν ἀλλομένην,
ἀσπασίαν δὲ καὶ ἡμέραν ἡμέραν ἀλλομένην.
Ἐστὶν ἡ νύκτις ἡμέραν ἀλλομένην.

Obserua: medium ut nox fecerit humida cursum,
Fluminis ipse petas undas; ibi lotus, & vnus,
Cyanea veste indutus, fodere ipse memento
Mox foueam. Iugulari tibi sit protinus agna
Femina; & inde super fouea pyra structa cremetur.
Atq; voces Hecaten Perseida, mellaque libans
Dulcia munera apum places hanc. hisq; peractis
Rursus abire pyra moneo. conuertere nullus
Te retro strepitusue pedum, fremitusue caninus
Cogat; nam sacri fiet labor irritus omnis.

His ita peractis sacrificiis quidam phasmata continuò apparebant, quæ so-
lebant vocare Hecata; eaque in varias formas se conuertebant. Dicuntur
moly, quam rutam agrestem esse nonnulli arbitrantur, & laurus, & publica-
ria, & thünnus, & salyx, & stella marina, & laspris magicis artibus resi-
stere, & alia complura plantarum, animalium & lapillorum genera; quæ nunc
omnia non opus est recensere, de quibus scripsit & Albertus Magnus, & Or-
pheus in libro de Lapillis. Præcipuo in honore fuit Hecate apud Aeginetas
& Ezyotos, uti memorix prodidit Pausanias in Corinthiacis. Cur infero-
rum Dea credita sit Hecate, Sophron fabulâ huius recitauit, ut ait Theocriti
enarrator; cum Iupiter Iunonem aliquando compressisset, nata est puella
Angelus nomine, quæ Nymphis educanda data fuit. illa cum adoleuisset,
unguentum, quo Iuno perungebatur, cum fieri vellet splendida, occultauit;
quod cum pixide Europæ Phœnicis filia tradidit. Illud facinus cum sensisset
Iuno, velletq; in illam animaduertere, primum Angelus in domum mulie-
ris, quæ nupér pepererat, confugit; atque inde ad efferentes mortuum, unde
abstulit Iuno. Iupiter Cabanos illâ expiare iussit, qui in Acherusiam por-
tantes expiarunt; deinde mortuorum & terrestriis Dea credita est: quæ ob
prædictas causas postea vocata fuit Hecate. Nō defuerunt tamen, qui illam
natam è Ioue & Cerere crediderunt, quæ, cum robore corporis & magnitu-
dine excelleret ad quærendam Proserpinam missa est; & postea regni sub-
terraneis præfecta, quæ dicta fuit Hecate ab illo tempore, ut quidam puta-
runt, quia procul ac sit à nobis. alii quia ab illa recedendum sit, alii quia cæ-
tum obeat munia in negotiis naturæ ac de fabulosis hætenus. Quid per
has fabulas significare voluerunt antiqui? Aut cur Noctis filia dicta est He-
cate; quoniam futorum cuiusque ordo ac vis est Hecate, ut patet è superio-
bus carminibus Hesiodi, quæ diuinitus in mortalia corpora infunditur, illa
Iouis est filia vel Persæ; at quia nulli mortaliū ordo ille est conspicuus aut
manifestus, ea causa Noctis filia dicitur. Illi, qui Iouem rerum omnium mo-
deratorem existimarunt, cum omnia ab illo proficisci intelligerent, vim il-
lam, quæ occultè per astra ad inferiora corpora agens descenderet, Hecaten
Iouis & Asteris filiam nuncuparunt. At qui solè omnia prospicere, omniaq;
audire tradiderunt, & omnibus moderari, illi Persæ filiam Hecaten, vim il-
lam

lam scilicet prædictam putarunt. Eam Luciferam dictam fuisse constat, quia per sempiternos illos aëtheris ignes descenderet. Eadem rursus inferorū Regina credita fuit, quia homines omnes factorum necessitati, hoc est Dei voluntati parent. Quid aliud canes sunt rabidi illam comitantes, quā calamitates & molestiæ, quæ homines è fato assidue infestant? eius item forma tam formidabilis varietatem æramnarum præsest. Potest eadem rursus beneficiorum præfecta fluviorum cursus convertere, segetes aliā transferre, montes in profundum deicere astra, deducere de cælo, quia factorum necessitati ac voluntati diuinæ nihil est quod non pareat. Cum vellent igitur significare antiqui omnibus esse moriendum, neque quenkum posse Deorum voluntatem effugere, aut ab eo statutum diem præterire, omniāq; & commoda & incommoda proficisci ex arbitrio voluntateque Deorū, hæc & ad ortum & ad formam Hecates spectantia excogitarunt. At nunc de Proserpina verba faciemus,

De Proserpina.

Cap. XVI.

Proserpinam alii eandem esse voluerunt Hecaten, alii cum Hecaten è superioribus parentibus natā esse affirmant, Cererem matrē Proserpinæ fuisse contendunt: quæ si è diuersis parentibus natæ sunt, eandem certe esse non possunt. Hanc Cereris fuisse filiam declarauit Hesiodus in Theogonia;

Αἰὲρ δ' Ἀνέμους καὶ Κρόνον ἰὸν Διὸς παῖτα.

Ἐταίη δ' Ἰανὸς καὶ Περσεφονέη, καὶ Κέρερα.

Ἐργάνη δ' Ἄρης καὶ Περσεφονέη, Ἐὐνοῖα δ' Ἄρης καὶ Περσεφονέη.

Diuitis hic Cereris lectum conscendit, ab illo

Nascitur amplexu Proserpinæ; quam rapit inde

Pluto, restituit matri sed Iupiter almus.

Apollodorus Atheniensis in primo lib. Iouis & Stygis filiam esse Proserpinam tradidit. Scriptum reliquit Strabo lib. septimo, Valentiam, quæ Hippodamium olim dicebatur, ciuitatem esse Siciliæ in loco amœnissimo, vbi florentissima præra esse consueverunt, quo in loco cum flores legeret Proserpina à Plutone fuit rapta. Verum quoniam rem totam luculentissime expressit Marcus T. Cicero, & loci amœnitatem mirificè oratione pinxit, non grauior ea ascribere, quæ sunt in actione sexta in Caium verrem ad hunc locum pertinentia; Verus est hæc opinio Iudices, quæ constat ex antiquissimis græcorum literis atque monimentis; insulam Siciliam totam esse Cereris, & Liberæ consecratam. Hoc cum cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculiæ tam persuasum est, vt animis eorum infusum, atque inuatum esse videatur: nam & natas esse has in his locis Deas, & fruges in ea terra repertas arbitrantur, & raptam esse liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Enneisium nemore; qui locus, quod in media est insula situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. Quam cum inuestigare, & conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus qui ex Aetnæ vertice erumpunt: quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragrasse terrarum. Enna autem, vbi ea, quæ dico, gesta esse memorantur, est loco præcelso atque edito, quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes: tota verò omni aditu circumcisa, atque dirempta est. Quam circa lacus, lucique sunt plurimi, & le-

V

tissimi